



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vniversalis Historiæ Ecclesiasticæ Medvlla

Pareus, Daniel

Francofurti, 1633

Episcopi Romani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64973)

edicta contra Christianos promulgavit, & persecutionem in eosdem acriter exercuit.

Nerua Cocceius, occiso Domitiano, Christianis pacem dedit, & in exilium eiectos in patriam reuocauit: inter quos etiam fuit Iohannes Evangelista, qui à Domitiano in pathmon insulam relegatus fuerat.

EPISCOPI ROMANI.

Linus, natione Tuscus, primus est, quem scriptores pleriq; post petrum ponunt. Fungtus est Episcopatu Romano annis II. mensibus 3. diebus 12. Decollatus scribitur anno secundo Titi Vespasiani: anno Christi 82.

Lino in Episcopatu Romano successit Cletus, si platinæ & Nauclero credimus: Irenæus, Eusebius, Hieronymus, & alii, nullam prorsus Cleti faciunt mentionem: sed Anaclerum, natione Græcum, proximum post Linum ponunt: qui tyranni Domitiani iussu martyrio sit coronatus. Alii sub Traiano capite truncatum fuisse scribunt: & Lino successisse Clementem, natione Romanum; huic demum Anaclerum. Tam certa est pontificum Romanorum successio.

HÆRETICI.

Tamet si vna cum Apostolorum vera doctrina etiam enata est pseudoapostolorū falsa religio, zizania cū tritico; tamē minus periculū fuit.